

1484

Rome, 20 mars 1616. Décret des cardd. Bellarmin, Borghèse et Millino
Protect^{eurs} au sujet des ~~études~~ leçons de droit au Coll. Germanique.

/ Nos Robertus Bellarminus, Scipio Burghesius, JoGarcia Milli-
nus, S.R.E. Cardinales, et Collegii Germanici, atque Ungarici in Urbe
a S/mo D.N. Paulo V. constituti Protectores. Bene perspectis dicti
Collegii constitutionibus, quidquid pro subveniendis spiritualibus
5 Germaniae, et Ungariae necessitatibus (quo institutio Collegii spec-
tat) opportunius, atque utilius futurum sit, diligentius attendentes
rationum momentis utrinque perpensis unanimi consensu statuimus, at-
que decrevimus, ut Sacrorum Canonum lectiones, quae in eodem Colle-
gio habentur, quaeque ipso studiorum initio, hoc est circa Novem-
10 bris principium antehac inchoari consueverant: in posterum non ante
octavam Paschae Resurrectionis Domini, sumant initium, et in Sep-
tembri finiantur, quando à reliquarum disciplinarum studiis vaca-
tur: sicuti praesenti hoc anno factum fuit. Atque id ità executio-
ni mandari ab eiusdem Collegii Rectore scripto manu nostra firmato
15 statuimus, ac decernimus. Romae 20. Martii 1616.

R. Card/lis Bellarminus.

S. Card/lis Burghesius.

Jo. Garsia Card/lis Millinus.

Rome, Colleg. German. Archiv. Liber in quo . . . Bullae etc. fol. 385.